

pi pro Regno Dei , atque illuc jam inventum fortunatum Latronem . Illuc etiam invenetur quilibet alias Justus , Hilario teste , quem translati Latronis in Paradisum modo , secundum decursus aquarum *O ipse plantetur* . Ipsum quoque vide Tractat . in Psalm . cxviii . Lit . xv . nom . 8 . & Lib . x . num . 34 . de Trinitate , ubi Christus ab eo dicitur *IN COELO Latroni Martiri suo PARADISUM promittens , & CONSUMMATA BEATITUDINIS deliciis pollicens* . Atque hinc discimus , Paradisum accipi pro Deliciarum Loco ; Paradisum vero Christianorum esse in Cœlo , ibique Consummata Beatitudine Justorum Animas frui . In eamdem sententiam conspirantia non pauca habemus loca S. Cyrilii Hierosolymitani , Ephremi , Macarii , Augustini , & aliorum , qui concordi sententia *Paradisum statuant idem esse cum Regno Cœlorum* . Et sane non aliud quam hunc sensum reddere posse videntur Domini verba ad pœnitentem Latronem : *Hodie mecum eris in Paradiſo* . Ingente Felicitatem ille spondet , & præcipue dum ait *Mecum* . Jesus glorificatus Paradisum sumamque Beatitudinem , ubi cunque est , facit . Id experti fuerint ejus Apostoli , quem *transfiguratus est ante eos in monte excelso* . Nonne ipse est *splendor Glorie* , quem qui videt , videt & Patrem ? ut missa faciam tot alia Scripturarum de ipso elogia . Ad hæc Paulus Secunda ad Corinth . xii . 2 . ait , *se raptum usque ad tertium Oculum* , atque *in Paradiſum* , ubi *audivit arcana verba* , quæ non licet homini loqui . Quo plus animum hoc adertas , eo plus intelligas , agi illie de ineffabilis Beatitudinis loco , quem Paolo Dominus revelaverat , & de quo ipse gloriarri poterat . Num in terreno aliquo loco , nam in inferiore , quam *Tertium Oculum* , excoxitare possumus audita ab eo arcana illa verba ? Denique dicente Angelo in Apocalyp . xi . 7 . *Vincenti dabo edere de ligno vite* , quod est *in Paradiſo Dei nři* , vix alter interpretari licet hæc verba , nisi de Martyribus & Sanctis , usque ad finem vite in caritate Dei perseverantibus , quibus mox spondet æternum præmium *in Paradiſo* , non terrestri seu Mosaico , sed Dei . Sant qui Talmudistas in hanc rem adserunt , & Philonem Hebraicum commemorant , quasi *Paradiſi* notio Christi tempore *Hortum Deliciarum* tantummodo significari ; quam tamen Philone Adami quidem pro Horto reali accipiat , sed Allegorice Felicitatem Adamo innocentie conlatam per illud nomen indicari patet . Quod nobis veri videtur similius , Christus Latroni Chaldaicæ loquens , *Locum Deliciis omnibus affluentem* promisso credendus est , qualis revera super omnia est Cœlestis Regia . Hanc autem Locum vocabulo *Paradiſi* Lucas Græce scribens expressit , non terrenum Hortum significaturus , ejus arboribus ac pomis Animæ Corpore solute frui non possunt , sed quidem Cœlestem , in quo Justorum Spiritus visione & contemplatione Dei fruuntur , & ad quem raptus est Paulus . Propterea , ut vidimus , plerique Patrum *Paradiſum Cœleſtem* in Libris novi Testamenti uoces agnoscunt , atque in primis S. Hieronymus , vir certe in Hebraica & Graeca eruditio la-

tissi-